



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 178. Felix a Duce vanis promissis illusus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV.  
A.C. 1441,

magnamque Italie partem in sui ipsius obsequium pellecturum; Germanos itidem, ceterosque horum exempla haud dubie secuturos. Felix itaque expugnatus, mense Augusto ad finem vergente Duci Mediolanensi promisit, se tertia septima post præstitam sibi obedientiæ fidem, & traditam Bononiæ urbem quinquaginta aureorum millia, & deinceps totidem millia ex proventibus ejusdem urbis diversis pensionibus numeranda solutum.

§. CLXXVIII.

*Felix a Duce vanis promissis illufus.*

**F**elicis Pro-Camerarius, cui perficiendi hujus tractatus negotium datum est, nil intentatum reliquit, ut rem ad exitum duceret, quo circa jam nunc Ferrariæ Marchionem sollicitabat, jam Philippum Ducem ad suas partes pertrahere nitebatur. Tandem vero mense Januario ad Felicem redire permisus, horum Principum nomine pollicebatur, Ducem nedum elapso decem dierum spatio solemnem decreturum legationem, quæ suo nomine Felici obsequii homagium deferret. Verum omnes istæ spes adeo magnificæ brevi ad nihilum redactæ evanuerunt, Ducis Mediolanensis Oratori

bus

bus nec ab illo momento ultra Basileæ  
limina salutantibus.

Sacra. XV.  
A.C. 1441.

### §. CLXXIX.

*Dissidia Felicem inter, & Cardinales  
suos ob quintum, & decimum  
denarium.*

Testantur Acta Patricii, subortam fuisse  
controversiam Felicem inter & Car-  
dinales suos. Occasionem litis præbe-  
bat facultas eidem data, qua ex omnibus  
beneficiis per quinquennium quintam, &  
ceteris subsequentibus annis decimam  
partem percipere posset. Horum fru-  
ctuum medium portionem sibi deberi con-  
tendebant Cardinales, Sessionis XXIII.  
Decreto, necnon alteri Nicolai IV. Con-  
stitutioni suffulti. Ex adverso Felix Car-  
dinalium postulata æquitatis legibus ad-  
versari dicebat, caussatus, se immensum  
expensarum onus sustinere coactum fuis-  
se, quin tamen vel obulum ex Romanæ  
Ecclesiæ redditibus perceperisset; addidit,  
sibi ex solo Sabaudiæ Ducatu quintum  
obvenisse denarium, cuius tamen par-  
tem ipsi Curiæ Ministri sibi vendicassent,  
eam pro sua sustentatione sibi debitam  
afferentes. Cum multum temporis ejus-

*Aug. Patric.  
Hist. Conc.  
Basil. &  
For art. 125  
Sub finem to.  
13. Concil.*

*Hist. Eccles. Tom. XXVII. T t modi*